## Conſolatio ſuper querela amici predicta

Non eſt qui ſatis explicet fidentiſſime vir. quantū doloris
acerū littere tue animo infunderint meo. Quāq̄ ſꝑ ac ocul'
cernerem ſubtimui tuo ſtatui. qui in ciuitate cupidius q̄ fe/
licius ꝑmāſiſti. ſed dū iam res eo ducta eſt vt neq̄t aliter eſſe
fac aīo forti atqꝫ magno ſis te colligas virīqꝫ ꝓbeas tibi vir
tus tua plus dedit q̄ fortuna abſtulit. Ea igitur te virtute ſu
ſtentes. Ego aūt videro. ꝙ grāz quā tibi immortalē habeo re
ipā ꝓbauero. Cui ſemper fui non fortune amicus. ſemꝑ me
nouit. mouebit (dū viuam) amicorum cura. quos virt⁹ mi/
hi meritumqꝫ conſiliant. Sed velim ita intelligas. vt q̄ ꝓ te
facturus ſum. in ſolitum non in anteceſſum accipias. Ex ca/
meraco ea feſtinancia. que digitis ſudorē expreſſit

## Rogatur amicus vt medicū mittat aīco egroto.

Sis mi petre fortunatus. Eſt apud te medicus arte ⁊ expert
encia preſtans. a quo mihi per te impetrari exopto. ꝙ me vi/
ſitet ſin minus regimen ſcribat quod vt cercius poſſit. dices
me vexari immiti podogra. qui moribus menbra mea (q̄ ad
decorem inflectionis natura laxauerat) iam in tumorē ducit
iam in rigorem conſtringit dolor immaniſſimus eſt q̄ nūnq̄
me. deſerit quin reliquias peiores relinquat rurſus ex rarita/
te mee temperature (quā medici complexionem appellāt) tā
tus mihi aliquando glacialis heret rigor precordijs. vt nul
lis poſſim oprimentis. nullo congeſto veſtium cumulo cale/
ſcere. Longior eſſem. ſed ꝓperat nox auctura dolores. Uale
dilecte vale. viueqꝫ dies longos letus ⁊ hauſtus

## Reſponſio ſignificans medici miſſionē.

Petrus tibi deditiſſimas ſanitatem dicit. Dū litteras acci
pio hora iam ferme noctis vndecima exceſſerat ceperantqꝫ iā
oculi ſomno graueſcere quem ſomnum motis auribus. canū
more erectoqꝫ mento. mox excuſſi eūqꝫ diſtuli in tempora lu/
cis. Hauſit mihi lachrimas epiſtola tua. qua morborum lō
gam congeriem tibi vni incubuiſſe ſignificas. Sed nuncius
(qui has celeri curſu pertulit) me magis longe q̄ magis pa/
ueſcere facit. ex quo tue valitudinis vix verbū vnū excuſſi. q̄
omne ad verbū meum ingemuit. longeqꝫ plura fletu q̄ loq̄n
do ſignificauit. ſed firmo (velim) pectore perſtes. q̄ primū

ſuperi celum diemqꝫ reducent. aderit ille quem optas. medi/
cus ſanitatis tue fautor

## Rogatur prior magiſter vt patrem inducat ꝙ filius in collegio locetur.

Obedienciam condignam loco ſalutis. Pater meus magi/
ſter colendiſſime. cupiens me tenerius educari. Pariſius in
domo ciuis me collocauit. ⁊ certe electe ſatis quo ad corporis
alimenta. Honeſta eñ eſt domus / honeſtior hoſpes / hone
ſtiſſima omnia . que aguntur. que tamen cū laycalia atqꝫ pro
phana ſint. parum profectui ſeruiunt meo. hoſpes eñ nō ni
ſi mechanica ſollicitat cuius vxor / more aliarum / de lino /
gallinis / ⁊ ouis ſemper diſputat. Et quia diu ſciui patrē me
um in omnibus conſilium magnipendere veſtrum. Scio etiā
ſolaſticas omnes res vobis q̄ꝫ cognitiſſimas eſſe. atqꝫ nō la/
tere vos / q̄ꝫ vtile in collegio morari. vbi arguendo ſoluendo
replicando / continua colluctatio eſt. Ibi eñ vigent ſtudia /
ꝓferunt ſe ingenia / ſeſeqꝫ exercitant. vbi nemo eſt qui nō vel
diſcat. vel doceat. petat. vel reſpondeat . profundat litteras
vel hauriat. Quater eñ in die (qui collegio immorantur) di
ſputationes ⁊ reperationes habent abſentibus nobis. qui ex
tra ſumus. Nemo loquitur non latine . tantus ibi littearum
ſtrepitus . tantaqꝫ doctrinaꝝ conſonancia. vt clangore q̄dam
videantur ⁊ muri ⁊ parietes tecta ſimul ⁊ pauimenta ſcien/
cias ipſas reſonare . non aliter q̄ꝫ aeris particula quelibet la/
tinis foret impreſſa caracteribus quo ſcolares die nil alind
audire videntur q̄ꝫ ſciencias. nocte qꝫ earum imagines. Et li
cet in collegio vita nihil coactior eſſet omniumqꝫ agendorū
licencia minor. In hanc tamen ſentenciam ardor ſcribendi
me pertulit vt collegio nunc libenter immorarer. cuius inco
las vidi ceteros ſemper excelluiſſe. atꝫ in omnibus ꝑitiores
Supplico igitur patrē meū informate . vt paruis expenſis
magnū ꝓfectū ꝑferre dignetur. Iuuat ſepe carꝰ emere ſi mer/
ces fuerint meliores. diciteqꝫ ſibique in reꝫ faciūt. ſcitis quid
volo. ſcribo perito qui ex paucis multa cōcipere cōſueſtis Va
lete feliciſſime . termino ⁊ fine ſecluſis

## Rogat pater a filio ꝙ eū collegio faciat ꝯmēſalē.

Humilimā obedienciam cum veneratione condigna. Pat